



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs  
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus  
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum  
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de  
Coloniae, 1573**

**VD16 T 1629**

Cap. III. Defensio Canonis Apostolorum 48. de quadragesimae ieunio, & quartae, ac sextae feriae. Et quomodò Dominus noster, & Apostoli eius, & Sancti Prophetae ieunia indixerunt: & ieunia indicta ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29685**

de vxore intelligi. quod in eadem epist. c. 9. Magdeburgenses volunt. Citat  
præterea contra hunc Canonem Apostolorū cap. quartum Epistolæ prio-  
ris ad Timoth. quasi hic canon omnibus prohibeat nubere: & nuptias cum Cap. 4 prioris  
Manichæis & Marcionistis damnet, quas tamen Apostolorum canones ce- ad Tim. non  
lebrant, & probant, & earum vituperatores condemnant. Sed Magdebur- pugnat cum  
genses, quia nihil interesse putant, utrum dammentur nuptiae, an aliquibus hoc Can. 27.  
interdicantur, quia omnibus licere volunt, ut sit sacerdos sicut populus,  
non possunt aliter disciplinam Luteri defendere, nisi Apostolorum Cano-  
nes, & pontificum Apostolicorum epistolas negent. In hunc quoquè lo-  
cum epistolæ ad Tim. c. 4. multa à me in tertio libro defensionis epistola-  
rum scribuntur. illinc item assumat, qui plura hīc desiderat.

*Defensio Canonis Apostolorum 48. de Quadragesimæ ieunio, & quartæ  
ac sextæ feriæ. Et quomodo Dominus noster, & Apostoli eius, & Sancti  
Prophetæ ieunia indicaverunt: & ieunia seruat ecclesia per uniuersum mundum. Et quomodo conuincatur, non perire ad delectum ciboru,*  
quo Catholici vntur, id quod Paulus scriptus. Nemo vos iudicer in cibo &  
potu. &c. & quid in historia Salisburgensem Archiepiscoporum pro reli-  
gione indicendi ieunia legatur.

**T**RANSEAMUS ad secundum locum argumentorum contra Canones: 29  
Ad ieunia (inquiunt) in quadragesima Paschæ, & feriæ quartæ, & pa- 29  
rasceues alligant conscientias in Canone 67. contra illud Pauli: Ne 29  
mo vos iudicet in cibo & potu, aut parte diei festi.] 29  
Haecenū Magd. Hoc ipsum de ieunio Quadragesimæ accusarūt quoq; in  
epistola Telephori. Quarè quæ de hac re, & quæ de toto loco Pauli ad Co-  
los. c. 2. & i. Tim. c. 4. pluribus locis & exemplis scripturæ sanctæ, & veterū  
patrū testimonij, & omniū ecclesiarum per Orientem & Occidentem Apo-  
stolica constitutione inter se collatis, in v. libro defensionis epistolarū c. 6.  
copiosè respondemus, eadē hīc istis responsa sint. Qui enim epistolā Tele-  
phori, septimi post beatū Petrum pontificis, de ieunio Quadragesimæ de-  
fendit, Canonē Apostolorū defendit. Sed quia Luterani & Caluiniani tra- Indicta ieunia contra  
dunt, ieunandū quidē esse sponte ad castigandū corpus, sed non secundūm  
legē & præceptū, quod hoc sit alligare conscientias: illud tantū hīc à Mag-  
deburgensisbus querā, qui indicere ieuniū, iniucere laqueum conscientijs,  
& imponere onera Iudaica interpretantur, & ideō ieuniū Quadragesimæ,  
& Canones Apostolorū, qui illud seruare iubēt, negant, cùm indicūtū est ie-  
uniū in Pauli à Deo electi, & Barnabæ ordinatione, quæ Antiochia per im-  
positionē manū cū oratione, vt Lucas narrat, facta est, est ne tūc laqueus AEt. 13.  
iniectus, & Iudaicū onus impositū, an non? Sed negabunt fortassis indictū  
tunc fuisse ieunium: at indictū fuisse, conuincit omnium ecclesiarū per  
Orientem & Occidentem prisca consuetudo, Apostolicæ traditionis locu- Apostoli in  
pletissimus testis. Sic enim usque in hodiernum diem, sicut ab initio accep- ordinatio-  
perunt, bus ieunia  
tia contra  
Lut. & Cal.  
afferuntur.  
indixerunt.



perunt, iudicio ieunio cum oratione, & per manus impositionem ordinationes faciunt: ut idem quoque Paulus & Barnabas, iudicio ieunio presbyteros per singulas ecclesias ordinarent, quod idem Lucas narrat. Immò sic etiam Tito præcepit, ut per ciuitates presbyteros ordinaret, cùm ad eum scripsit: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vtea, quæ desunt, corrigas, & constitutas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Quis enim credit, præter Magd. Paulum Tito, ut ordinationes presbyterorum aliter ficeret, dispositisse, quam ut ipse idem Paulus eas faciebat? dispositus igitur Tito, ut cùo oratione & iudicio ieunio ficeret, sicut ipse fecit, & sicut hodiè omnes ecclesiæ Catholicorum faciunt, & semper fecerunt. Vel docete vos Magd. in quibus ecclesijs catholicorum vel nunc ordinationes fiant, vel vñquam factæ sint extra ieunia quatuor temporum & quadragesimæ: de ordinarijs ordinationibus loquor. Huius verò antiquitatis & Apostolica traditionis ieunandi in ordinationibus, testis quoquæ est magnus Leo in epistola ad Dioscorum Alexandrinum: Nam præter authoritatem (inquit) consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra doctrina manifestat, quod cùm Apostoli Paulum & Barnabam, ex præcepto Spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieunantes & orantes, imposuerunt eis manus: ut intelligamus quanta & dantum, & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum: & quæ sequuntur. Hæc Leo ante mille propæducentos annos, cuius vos epistolas non negatis, et si in Centuria quinta eorum testimonio abuti soletis. Rursus quæso vos Magd. cùm Rex Ninivitæ rum indixit ieunium Ninivitis, inquiens, Homines & iumenta, & boues & pecora non gustent quicquam, alligauit ne eorum conscientias, an non? Si alligauit, quomodo placauit ira Dei, & misericordia eius nouo crimine conciliavit? Sicut scriptum est, Et misertus est Dominus super malitia, quam locutus est, ut ficeret eis. Quid hic vestris respondebitis, si quis eorum paulo acutior hoc à vobis querat? Quæro deinde, vnde didicit Rex, indicere ieunium Ninivitis? nonne ex prædicatione Iona prophetæ, pœnitentiam & fructum pœnitentiae ieunium prædicantibus? Ergo Ionas laqueos conscientiae prædicabat, si conscientia alligat, qui ieuniū indicit. potestisne elabi aut subterfugere hinc? Quod si haec vera sunt, & refelli nullo modo possunt, quemadmodum Canon Apostolorum, quia sanctione ieunii Quadragesimæ continet, conscientias alligat? Adhac, si indicere ieuniū, est laqueos conscientiae iniucere, ut isti noui Euangelistæ tradunt: Ergo laqueos conscientiae indicit Dominus noster, cùm respondens Pharisæis, qui reprehendebat, quod discipuli Domini non ieunarent, ut discipuli Ioannis: Venient (inquit) dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus, & tunc ieunabunt in illis diebus. Quis enim est nunc præter Luteranos, aut olim fuit præter Aerium hereticum, & am introducit Aerianos, qui non videat, aut olim non videret, impletum esse hoc in ecclesia Catholica, quod Dominus dixit, Cùm ablatus fuerit spousus, tunc ieunabunt

Act.14.

Tit.1.

I.con. tom.  
pag.789.Rex Ninivitæ  
tarum, ieunium  
indixit  
ex Ione præ-  
dicatione.

Ion.3.

Ex Christi  
prædicatione  
ieunium quartæ  
& sextæ se-  
rie, in ecclesi-  
am introdu-  
ctum.

bunt in illis diebus? Qui enim dies isti sunt, quibus ablatus fuit? nonne qua-  
ta & sexta feria? quarta enim die cœperunt Iudei tollere eum de medio, si-  
quidem eo die facta est à Iuda pæctio cum Iudeis de prodendo Domino:  
sexta vero crucifixus est, & de medio sublatus. Quibus diebus per vniuer-  
sas ecclesias Orientis, sicut à sanctis Apostolis traditum illis est, ab initio *Ieiunat Gre-*  
*vsque in hodiernum diem iejunant. In ecclesijs vero Occidentis, ut earum* *et 4. et 6. fe-*  
*deuotioni magis conuenire visum est, iejunium sextæ feriæ, & sabbati, loco r̄js. Latini, 6.*  
*quartæ feriæ, ijdem sancti Apostoli tradiderunt. His enim diebus, sexta, in-* *et 7.*  
*quam, feria & sabbato, quo corpus Domini, postquam crucifixus est, in se-*  
*pulcro iacuit, omnes secundum Ecclesiasticam legem à sanctis Apostolis*  
*iuxta verbum Domini indicatam, quotquot tætas aut inualetudo non impe-*  
*dit, iejunant, id est, à carne abstinent, quod est iejunium quoddam, ut tradit *Ieiuniū por-**  
*Ioannes Damascenus in libello de ieunijs ad Cometam, quod Tertullianus *tionale.**  
vocat in libro contra psychicos iejunium portionale, id est, exceptio (vt ille ait) quorundam eduliorum. Itaque quod Dominus iejunium indixerit,  
cùm dixit, Cùm ablatus fuerit sponsus, tunc iejunabunt in illis die-  
bus, res ipsa loquitur: & nos priscæ traditionis Apostolorum testem pro-  
ducimus omnium ecclesiarum cōsuetudinem. Vos vero Magd. vnde istam *Omnium ec-*  
*clesiarum con-*  
vestram nouam consuetudinem, quam patres & Maiores veltri ignorarunt;  
acepistis, nisi à propheta vestro Martino Lutero? qua in re melius saltem, *suetudo testis*  
quā vos, vestri illi psychici sentiebant, contra quos Tertullianus dispu-  
tavit, qui illos (inquit) in Euangeliō dies ieunijs determinatos putant, qui-  
bus ablatus est sponsus: nisi quod tradebant, hos esse solos legitimos dies  
ieiuniorum Christianorū, abolitis legalibus & propheticis vetustatibus.  
illi enim Iudaicas quoquē dierum & ciborum obseruationes falsò nobis  
objiciebant, vt nunc Magdeb. qui hunc canonem Apostolorum, quia ieju-  
nium Quadragesimæ, & quartæ, ac sextæ feriæ iubet, & pena sancit, ad Iu-  
daica onera pertinere tradunt: ac contra illud Pauli esse dicunt, Nemo vos  
iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi. Quem locum Pauli quia po-  
ste à diffusè tractamus lib. 5. principio repetito ab eo loco, Videte, nè quis *Colof. 2.*  
vos decipiat, & quæ sequuntur, quod magis pateat, quorsum illa conclusio  
pertineret, Nemo ergo vos iudicet: & reliqua, nè eadem hic repetam, illud  
tantum hic addam, quod illuc prætermitto: quodq; ad refellendos istos &  
reuincedos satis fuerit nunc. Quia enim Apostolus contra eos scribebat,  
qui Iudaicas ciborum obseruationes de mundis & immundis reuocabant,  
quod ipse idem Apostolus aperte docet, vt demum uno eos verbo refelle-  
ret, subiungit: Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Etenim *Heb. 10.*  
si illæ Iudaicæ obseruationes vmbra erant futurorum, vmbram enim ha-  
bebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, vt idem ait,  
corpo autem adueniente, vmbra cedat necessè est: frustrà igitur & vanè  
colitur vmbra, quæ iam euauit & cessit. Videamus nunc, an hic locus Pau-  
li ad nos pertineat, vt ipse idem locus vos coarguat, & calumniari conuin-



*Locus ex epistola ad Colos. 2. 16. Christianum ciborum delectum facit.* scium? minimè, dicetis: quin potius ab alio abstinebant, ab alio non abstinebant: quia aliud genus erat immundum, aliud non, non natura, sed lege, quæ vmboram habebat. Et in figura hoc genus verabat, illud non verabat. At nos à nullo genere piscium, in ieunijs nostris lege indictis, abstinemus. Rursus quæro, abstinebantne Iudæi omni esu carnis? ne id quidem dicetis, Sed potius secundum leges Leuitici ab alio abstinebant, ab alio non. At nos omni genere carnis, in ieunijs apostolica & Ecclesiastica lege indictis, abstinemus.

*Saul ieunium indixit cum Dei non dubbia approbatione.* Quorsum igitur illud Pauli nobis obiectis, Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut parte diei festi? Præterea si cum Saul, ut se de inimicis suis vlcisceretur, ieonium indixit, & quidem pœna proposita maledictionis, laqueū conscientijs iniecit, quemadmodum ieunio indictio tantam Deus, ut ait Tertullianus, authoritatem præstis, ut filius Ionathas, quanquam ignarus edicti, sorte tamen sit diuinitus de delicto coniunctus? Addit' præterea idem Tertullianus: Benè autem, quod & Episcopi vniuersæ plebi mandare ieunia assolent, non dico de industria stirpium conserendarum, sed interdum ex aliqua solitudinis ecclesiastice causa. Denique, ut hunc locum semel finiam, legit̄ històriam Salisburgenſium Archiepiscoporū, vnde, quantum ad placandum Deum ieunium indictum valeat, facile, si vultis, intelligitis. Cùm enim, ante annos propè octingentos post mortem Beretici Archiepiscopi Salisburgenſis, tam ingens frigus mense Maio præter naturam effet, ut aues ipsæ interirent, & imber guttarum ardētum, ac coloris sanguinei efflueret, quæ quibus inciderent, celeri eos morte p̄imererent, Episcopi Bauariæ in ea plaga ac calamitate ieunium per totam Bauciam indixerūt: idemq; cū Principe Bauariæ Bessalio, nudis pedibus in cinere ac sacco tum publicè, tum priuatè pœnitentiam egérunt, & peccata confessi sunt. ita factum est, ut plaga illa inflicta curata, & ira Dei placata fuerit. An igitur tam admirabilis beneficij tam ingrata memoria vestra erit, ut indicta ieunia condemnetis, & ad laqueos conscientiæ, & traditiones hominum, ac non potius ad pietatem & pœnitentiam, ac veniam impetrandam pertinere dicatis? idq; cùm permulti nationis vestræ ex Bauaris oriundi, nunquam natū essent, nec huius lucis usuram cepissent, nisi ieunium illud indictum effet.

*Defensio Canonum Apostolicorum de nuptijs, quos Magdeburgenses dicunt repugnare inter se: & de interpretatione Canonis 5. ex vi verborum, & collatione scripturæ Pauli: & quomodo conuincantur Magdeburgenses ignorare, quæ sint & dicantur pugnantia, item defensio aliorum duorum Canonum de ieunio, quos falso erudunt pugnare inter se.* Cap. 4.

*“ Sed pergamus ad alia, quæ in accusatione Canonum sequuntur: Deinde (inquiunt) inter eos reperiuntur Canones repugnantia præcipientes, quales*